Composita.

Emplastrum ex pane cocto cum lacte, & oleo rosato.

Extrahentia.

EXtrahentia, quæ vulneribus infixa hærent, cùm maximè agant totius substantiæ similitudine, sit autem rerum inter se diffidentium non eadem proportio, intersecari debent differentias, quot sunt corporum extrahendorum proprietates. Quia tamen istorum indefinitus est numerus, nec satis constat cuiusque medicamenti epispastici cum extrahendo corpore analogia, præstat eam diuidendi rationem inire, quæ in alexpharmacis recensendis obseruata est, vt extrahentium alia statuantur indeterminata, alia determinata; quæ quibuscumque rebus præcipuè conueniunt, vt plurimum vulneribus infiguntur res ferreæ, plumbeæ, ligneæ, Palea, herbarumque cauliculi; & hæc vel sincera, vel veneno infecta.

Venenum extrahunt tabacum, dictamnus, & propria cuiusque veneni alexipharmaca. Ferrum trahitur magnete præparato, plumbum lingua vulpis, si vino rubro decoctionis aristolochia, & serpentariæ

ma-

madefacta vulneri applicetur. Paleam, herbarumque cauliculos alliciunt succinum, & lapis lyncis officin. Ligneis instrumentis conueniunt extrahentia indeterminata, quorum vtilis quoque est permixtio cum determinatis.

Sunt autem extrahentia.

Anagallis vtraque.
Arundinis rad.
Aristolochiæ rotundæ rad. & viscus.
Baccaris rad.
Bulbi omnes.
Coceleæ terr. tritæ cum putam.
Dictamnus Creticus.
Eryngii rad. ex melle.
Fermentum.
Galbanum.
Genista.
Gladioli rad. superior ex vino, & thure.
Horminum ex aqua tritum.
Iris domestica.
Lacertæ caput.
Narcissi rad. cum lolii farina.
Oxyacanthæ rad.
Opopanax.
Panacis rad.
Pastinaca sylvest.
Pectinis ven. rad. infusa tum mulsa.

Pro-

Propolis. ******
Prænocomi sem.
Spatulæ fœtidæ rad.
Tiliæ cort. medianus.
Tragium.
Verbasci sem. & fol.
Viscum.

Composita.

Emplastrum Apostol.
Vnguentum fuscum Nicol.

Materia remedii pręseruatorii respicientis causam morbificam peccantem motu.

PEccat causa morbifica motu vel imminuto, abolitoue, vel deprauato, ille est adiuuandus, iste corrigendus, motum naturalem præcipuè menses mouentia, fœtum mortuum pellentia, remorantem partum adiuuantia, hæmorrhoides prouocantia. Deprauatus autem motus postulat sistentia reprimentia a parte suscipiente, intercipientia fluentem materiam in medio itinere, nec non reuellentia, inter quæ primas tenent vesicantia, nam de attrahentibus quæ sunt altera medicamenti reuelllentis materia dictum est inter digerentia, quæ materia, ex alto trahunt, cutemq; rubore perfundunt.

Men-